Quelle:
Copyright:

Cœtat in edit: opp: S. Thomae Aquin: Paris: Fol: 1660. T: 20. p: 373, multis tamen saltemque ad verba mutatis.

3

Tractatus de decem preceptis. 60b–64a

Tractatus de decem praeceptis. Initium est: "Si vis vitam ingredi Serva mandata Mt xix Notandum ergo, quod x sunt etc. Cuivis praecepto annexa sunt interrogationes poenitentibus proponenda. Totum compilatio est dictorum seu Sententiarum SS: Patrum de his praeceptis.

4

Glossa de oratione dominica. 64a–67b

Glossa de oratione dominica. Rubrica praemissa est: "Sequitur nunc modicum de oratione Dominica. Initium est: "Thomas de Aq: dicit Pater non Dominus". Nil aliud continet quam congestas SS: Patrum sententias de Septem petitionibus orationis dominicae. In fine additur: "Explicit glossa Superdominica oratione satis pulcra".

5

De interrogationibus confessionum 67b–79b

De interrogationibus confessionum in poenitentes faciendis, tam conjugatos, quam solutos; Item modicum de Baptismo, modicum de forma corporis, et sanguinis Christi consecrationis; modicum de indulgentiarum participatione, et de octo turpitudinibus conjugatorum. Haec omnia breviter ita expediuntur, ut privatis notaminibus a quodam animarum curatore congestissimilia videantur.